





Kern 86  
(1-54; a-g)



(45)

CONSPICUUS  
LABORUM  
QUIBUS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE  
FRIDERICIANÆ  
PER SEMESTRE HIBERNVM

IN  
STVDIOSAE IVENTVTIS COMMODVM  
VACARE CONSTITVERVNT  
PRO-RECTORE MAGNIFICO  
IOANNE TOBIA  
CARRACH, ICTO,

REG. MAIESTAT. PORVSSICAE A CONSILII INTIMIS, FACVLTATIS IVRIDICAE  
SENIORE, NEC NON PROFESSORE IVRIS PVBLICO ORDINARIO, ALVVMNOR. REGIOR.  
ET PROVINCIALIVM HALBERSTADIENS. EPHORO.

—————  
P. P. d. XXIX. SEPTEMBR. MDCCLXIII.

—————  
HALAE MAGDEBVRGICAE,  
TYPIS LEBRECHT GOTTHOLD FABRI MAGDEB.

(a. Ct.)



## LECTIONES PRORECTORIS

E T

### PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARI



**I**OANNES TOBIAS CARRACH. IC. *privatim* 1) B. HEINECCI *Elementa Juris Civilis* secundum ordinem Institutionum denuo explicabit; 2) In B. BOEHMERI *Introductionem in Jus Digestorum* commentationes strenue continuabit; 3) *eiusdemque* Tractatum de Actionibus exponet; 4) Collegio *Processuali elaboratorio* desiderantibus inscriuet: atque, si negotia id permittunt; 5) *publice* ad laudari B. BOEHMERI *Institutiones Juris Canonici* commentabitur.

IO. ANDR. DE SEGNER hora XI docebet Astronomiam, secundum Institutiones Abbaris la Caille. Hora II. denuo tradet Elementa Matheseos, Arithmetica, Geometria cum Trigonometria: Sed & privatissime quaedam praeleget.

### LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS Institutiones pastorales tradet, & in lectionibus paratonicis, aequae ac in aeteticis in priorem ad Timotheum epistolam perget.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora IX. ante meridiem ex Codice sacro N. T. Epistolas sic dictas Canonicas Jacobi, Petri, Ioannis & Iudae, una cum S. Apocalypsi; hora vero XI. librum Iobi, cum adnexis ei V. minoribus libellis, Cantico canticorum, Ruth, Threnis, Ecclesiaste & Esther, ex fontibus Graecis Hebraisque interpretabitur.

IO. GEORG. KNAPP alteram *Theologiae dogmaticae* partem explicabit; perget etiam in exponenda *historia ecclesiastica N. T.* eamque hac hieme b. c. d. absoluet. Die Domini h. 5-6. perget in *tractatione aetetica* selectorum Scripturae sacrae locorum.

IO. SAL. SEMLER *dogmaticae theologiae* partem tradet alteram, & *potentias scripturae* continuabit; *historiae etiam ecclesiasticae N. T.* operam dabit.

### IURIDICAE.

DANIEL NETTELBLADT continuabit hora VIII-IX. *privatissimas* in elementa vniuersae iurisprudentiae positivae lectiones. Hora IX-X. ad Ill. GEORG. LYDOV. BOEHMERI principia iuris canonici; hora X-XI. & II-III. ad SCHAVMBVRGI compendium iuris Digestorum; hora XI-XII. ad Ill. PÜTZERI elementa iuris publici germanici; hora III-IV. ad Partem III. sui compendii iurisprudentiae naturalis, commentabitur. Aperiet etiam hora IV-V. collegium practicum.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER praeter *privatissimos* labores, quibus iam occupatus est, ENGVII *Elementa iuris criminalis* horis XI-XII. & I-II. explicabit, hocce Collegium intra vnius semestris spatium certo certius ad finem perduclurus.

GEORG. SAMVEL MADIHN 1) *hor. 9-10.* principia sua vniuersae *iurisprudentiae naturalis* explicabit; 2) *hor. 10-11. & 2-3.* Systema suum *Juris Digestorum* ad vsum fori Germanici ad commodatum 3) *hor. 11-12.* *Institutiones suas Juris civilis*, quae Ius Romanum ex fontibus suis ordine naturali deductum continent, interpretabitur; & 4) *Ius publicum S. R. I.* *hor. 3-4.* faciem praefereute Illustri Goettingensi Antecessore, IO. STEPH. PÜTZERO, docebit. Omnia Collegia erunt *privatissima*, legitimoque tempore illa absoluet.

ERNST. CHRISTIAN. WESTPHAL, semestri iustante sequentibus praefationibus vacabit 1) *hor. X-XI. & II-III.* Collegio Pandectarum ad Compend. Ludovicianum, 2) *hor. XI-XII.* Collegio Institutionum Juris civil. ad duos Elementorum Heinicianorum, 3) *hor. III-IV.* Collegio Iuris feudalis, ad Compendium Hellsfeldianum, 4) *hor. II-III.* diebus Saturni Collegio disputatorio. Nec iis deerit, qui forsitan exeticam & criticam ipsius textus Institutionum Iustinianearum interpretationem desiderabunt, qualis solidae Iurisprudentiae cupidis suadenda admodum & commendanda. Cumque nonnulli Dominorum Commilitonum etiam ad G. A. Struuii Jurisprud. Rom. Germ. forens. Commemorationem academicam optauerint, & horum votis satisfaceri, si de numero & caeteris conuenierit. Das Auditerium ist in des Hn. N. N. Wöschels Hause.

ME.



## MEDICAE.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in *praelectionibus*, diebus ac horis haecenus confectis, commentabitur in Ioann. Bernh. de FISCHER Tractatum de Senio eiusque morbis. Priuatim hora VIII. ad IX. *Patologiam specialem* explanabit; hora X. ad XI. *viros atque vnum medicamentorum compositorum*, iuxta auctas b. SCHVLZII *Praelectiones in Dispensatorium Boruffo-Brandenburgicum*, exponet, & hora XI. ad XII. *Patologiae generalis* fundamenta illustrabit.

FRIDERICVS HOFFMANN, P. P. O. publice hora IX. - X. *physiologiam* praeleget, priuatim vero hora IX. - X. *materiam medicam* docebit, & omnia, ex triplici naturae regno petita, quae vsum in medicina habent, auditoribus ostendet. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER hora VIII. ad IX. in Ill. LUDWIGII *Institutiones corporis humani viri sanique* commentabitur, hora X. ad XI. & II. ad III. EIVSDEM *Institutiones Medicinae clinicae* explicatione theoretico-practica illustrabit, hora III. ad IV. ad ductum Compendii sui *Osteologiam* praeleget, curamque instituendarum praeparationum & demonstrationum anatomicarum habebit; demum vero, si tempus adhuc permittet. Duce HEISTERO, commoda Auditoribus suis visa hora, *praelectiones* repetet *Chirurgicas*.

IO. PET. EEBERHARD, hor. II. - III. *Patologiam* tradet ad ductum T. II. *Compectus* a se editi. Praeterea *clinicas* quoque *exercitationes* instituet. Reliquae *praelectiones* erunt mathematicae & physicae.

FRIDERICVS CHRISTIANVS IVNCKER publice signa tam diagnostica quam prognostica morborum exponet. Priuatim horis X. - XII. *Therapiam specialem* seu doctrinam de morbis curandis praeleget & simul necessarias cauteles practicas exhibebit, hora autem II. - III. *materiam medicam* docebit & subiecta ex triplici regno naturae, medico respectu consideranda, oculis auditorum subiiciet. Priuatissimo studio *exercitationes clinicas* hora IX. - X. cum medicinae Candidatis more consueto continuabit.

## PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora III. a meridie doctrinam de Ebraeorum accentibus seu interfectionibus, perutilem ac necessariam tabulis V. Testamenti interpretandis, ad ductum libelli a Filio suo editi, protestantisque in bibliopoleo Orphanotrophi, publice declarabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice h. IV. *Mathesin param* ad compendium *Wolffianum* praemissa introductione ad *Mathesin & Calculum vniuersalem* in calarnum dictanda; h. II. autem *Mathesin applicatam* ad idem compendium demonstrabit. *Physica dogmatico experimentalis* h. I. explicabitur. *Historiae Naturali* consuetae horae a II. ad IV. die faturni destinatae manent. In *Chemicis* ita perget, vt continuationi adaequata repetitio iungatur. *Astrognosiam* desiderantibus inferuet.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis *recitationibus* destinavit *Cosmologiam* & doctrinam de *Elementis*; priuato autem studio commentabitur in WALLERII *Hysiarologiam*, deque harum lectionum initio & iisdem destinandis horis, consueto tempore Dan. Commilitones e vultis publicis certiores reddet.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre, quod instat, hibernum 1) vna per diem hora vsus, *Logicam & Metaphysicam* ita tradet, vt nihil necessarium atque vtilium sit praetermissurus; 2) lectiones *fundamentales hebraicas* ad ductum *Danzii*, subiuncta pensu alicuius biblici accurata analysi, rogatus restituet, iisque finitis, doctrinam de *accentibus hebraeorum* addet; 3) *XII prophetas minores & prouerbia Salomoniae*, ex fonte sacro interpretabitur, aut, si maluerint Commilitones, cum *Prouerborum libro Psalmos Danicos* coniunget. Denique 4) Collegium *Oeconomico-Camerale*, praesente *Dithmaro*, denuo auspicabitur; cui qui interesse voluerint, mature dent nomina, modeste rogantur. Ceterum nec is deerit, qui *priuatissimas scholas*, a se aperiendas, desiderabunt. Initium capient hi labores post Lipsientium nundinas.

GE. FRID. MEIER interpretabitur hor. 9. - 10. *Ebricam philosophicam* b. Baumgarten, 10. - 11. *ins naturae* ad ductum thesium suarum, 2. - 3. *logicam* ad ductum compendii sui, & priuatissime. 3. - 4. *aestheticam*.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM per instans semestre hibernum *Historiam Imperii Romano-Germanici* hora XI. & hora IV. *Historiam vniuersalem* regnorum Europae, ad ductum introductionum suarum, docebit. Singulas *praelectiones* intra definitum tempus absoluet.

ADA-



ADAMVS GVILIELMVS FRANZEN, *Publice* h. IX. *Demosthenis* de corona orationem sic interpretabor, vt non praecipuae solum ratione grammaticae scriptorisque sententia prodantur, sed Rhetoricae etiam praescepta, exemplis ab artis hoc tanto magistro expressa, commonstrentur. *Privatum* h. XI & III. *Hug. Grotii* ius belli ac pacis, & h. II. b. *Alex. Gottl. Baumgarten* Metaphysicam explicabo.

## EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANAST. FREYLINGHAUSEN in scholis biblicis perget ad enarrandas *pericopas dier. dominic. & festor. eoa.* quae ex brevioribus Pauli epistolis decerpae sunt, additurus aliis quibusdam horis *vatis vnus alteriusque minoris* ex fonte ebraeo declarationem. Deinde *selecta quaedam fidei christianae capita* persequetur tractatione thetico-polemica, continuaturus etiam *examina theologica & disputandi exercitationes.*

IO. AVG. NOESSELT explicabit d. a. *Matthaei, Marci* atque *Lucas, Iohannis* etiam, si tempus id quidem fert, *Euangelium*, & interpretabitur dicta ea Scripturae, quibus altera doctrinae Christianae pars, de homine eiusque variis consensionibus optime effici potest. Cetera suo tempore cum horis cuius labori destinatis e loco publico significabit.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI hora III. *Historiam S. R. I.* ad Schmaulsi *Historisches* Ius Publicum, hora IV. *Historiam* Vniuersalem ad Gebaueri *Grundriß*, & *privatissime* hora VI. *Notitiam* Statisticam S. R. I. generalem docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE 1) *Collegium practicum Elaboratorium* ad ductum B. PARENTIS *Anleitung zum gerichtlichen Proceß* aperiet, 2) *selecto Auditorum numero artem reletoriam* praecunte B. PARENTE in *der Anleitung zu Referatum der Acten* tradet.

PHIL. ERN. BERTRAM hor. VIII-IX. illustrabit *historiam Imp. Rom. Germ.* ad ductum Compendii *Puetteriani*, cuius nouissima editio hoc ipso tempore prodit; hor. IV-V, perget in praecedenda *historia litteraria*, absoluetque, quod reliquum est, philosophicas nempe disciplinas ac Iurispudentiam. Offert denique desideratas praelectiones in *Achenwallii notitiam statum Europae*, atque eos, quibus volupe est, illis interesse, vt tempestiue illum adeant, nominaque dent, humanissime rogat.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hyemale *Fundamenta botanica* publice praelaget, *Privatum* vero *Differentiam Fructuum, Seminum & capsularum Seminalium* explicabit.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN publice *physiologiam* ad Schulzii ductum explicabit; *privatum* vero *pathologiam*, tam generalem, quam specialem exponet.

IO. PET. EBERHARD, *privatissime* h. IX-X. *Mathesin adhibitam* docebit, *Privatum* vero h. X-XI, *Mathesin puram* & h. I-II. *Physicam* experimentalem.

F. W. ELLENBERGER de ZINNENDORFF in Gesneri *Magogen* vniuersae eruditionis hora III-IV, in *Baseloni* *Lehrbuch der profanischen und poetischen Weslredenheit* h. IX-X. commentari, Praeterea *Psalms* Davidis ex fonte ebraeo *critice & grammaticae* hora V-VI & accentuationem ebraeam hora II-III. *explicare* apud se constituit. Continuaturus *societatem elegantioris literaturae germanicae.*


IOANN. LVDOV. SCHVLZE Deo fauente 1) in explicandis N. T. libris perget, & factis ab Actis Apostolorum initio reliquos N. T. libros in hoc Semestri abfoluere studebit. 2) *Psalms*, aut alium V. T. librum ex fonte interpretabitur. 3) *Chaldaicae & Syriacae linguae fundamenta* proponet. His denique pro Auditorum arbitrio 4) *lectiones* ad rem antiquariam maxime spectantes adiciet. Horae e valuis publicis suo tempore innotescant.

IO. CHRISTIAN FOERSTER b. c. Deo I, *metaphysicam* hor. 9-10. b. *BAWNGARTENI*, 2) eiusdem *Acroasin logicam* hor. 2-3. 3. *Excell. ACHENWALLI Ius naturae*, & si tempus sufficit, & alteram partem, *quae ius sociale* complectitur, docebit. Huic lectioni destinandam horam tempestiue significabit. 4. *decreuerat, initia solidioris eruditionis ERNESTI V. V. feu*, vti aiunt, eius cursum philosophicum interpretari, & electionis aliorum librorum aequae ac recentioris lectionis rationes reddere peculiari programmate. Sperat adhuc, collectis modo post grauiorem morbum viribus ipsum daturum esse executioni propositum. Dum alii loco *cursum* aliam desiderauerunt lectionem, ita decernet, prout plurimorum vota nota ipsi facta sint.











(45)

CONSPECTVS  
 LABORVM  
 QVIBVS  
 PROFESSORES  
 ACADEMIAE  
**FRIDERICIANÆ**  
 PER SEMESTRE HIBERNVM  
 I N  
 STUDIOSAE IVENTVTIS COMMODVM  
 VACARE CONSTITVERVNT  
 PRO-RECTORE MAGNIFICO  
**IOANNE TOBIA  
 CARRA**

REG. MAIESTAT. PORVSSICAE A CONSILIIS  
 SENIORE, NEC NON PROFESSORE IVRIS PVBLI  
 ET PROVINCIALIVM HALBERS



P. P. d. XXIX. SEPTEMBR



HALAE MAGDEB

TYPIS LEBRECHT GOTTH

